rum ostendere. Non enī decertvile ad libertatē assequendam  
inuentum contennere sed complecti.

Dio. Timomacho.

n Onvidentur mihi omia nostra in virtute constituta  
esse; qm̄ multoꝝ voluntas tollit dignitatē. Necq; me  
liti filius cum dicet iouē patre hoīmꝝ deūgallū honore af  
fecit; sed minuit potius. Graue nāq; est; vt quos parentes ob  
morum prauitatiē addicāt; eos filios iouis esse credamus. Ea  
igitur canis sola poterit que secundū virtutē efficiuntur.

Dio. Metrocli.

a Sleris aut odio nihil mirū q; duplex palliū & perā  
ferimus. Ego autē neutrū horum admiratione dis  
gnum plane confiteor; sed bonū virū q;. cum sponte pficisci  
tur. Siquidē non corpus dñtaxat hac vīctus tenuitate vt opo  
ret; sed etiā vna animā. Necq; multa promittenda sunt; facien  
da autē quibus nunquā contenti sumus. Sed vite verba con  
sentanea ostendere; & que audeo facerer; ea & testari decet.  
Fortasse atheniensem populu aut corinthiog; in quos testes  
me dicere suscipaberis; meam dico animā; quā mea peccata  
latere minime possunt.

Dio. Megasteni.

p Enī abste domū & mihi gratiā habuisti. Deinde  
cū clocieas considerarē: inueni mihi domū vento  
sum remediū: dolū videlz in metros. Ab hac igitur cura me  
absolui. Quare gratulare nobis nature inuentoribus.

Dio. senoni.

n On idcirco parentibus gratia habenda est; q; me ge  
nuerunt. Qm̄ res hūane natura nō qualitate pueniūt  
Confusio n. elementos; p creationis causa est. At qui eorum  
que preter sententiā & volūtatiē fiunt; nulla habēda est grana.  
Generatio autē rem venereā sequitur; hoc est volūtatiē. Non  
generationē meditatur qui generat; Has ego voces omni peni  
tus affectu vacuas vates superbe vite contrarias esse pfisces.  
Quod si cui fortasse vniiores yidebūtur; natura eas & veritas

attestatur: & eos p̄terea vita: qui nulla animi elatiōe s̄z cūlau  
de vitam agunt.

Dio. Metrocl.

s Vdio te de virtute ad nos scribere: & familiarib⁹ pol  
liceri ōfōne tua nos adducturū vt de te recte s̄tiam⁹  
Ego aut̄ tyndari filiā nō laudo: que medicamētū ad dolorē  
leniēdū vino imiscuit: qm̄ sine vino afferte id oportuit. Tu q  
dē nihil studioſo hoie dignū pretetulisti. Sed litteriste nobis  
p̄suasurū arbitratris. Hoc habui qđ ad te scriberē ne pinanias  
led tu ipse cōram nos alloquaris,

Dio. Phanomaco.

s deo mihi vita icerta ē: vtoū hāc ad te ep̄istolā ſcribā  
me vītū dubitē. Feci autē ea dignū monumētū.  
Divina. n. q̄ humana maiora fūnt. At vnu nobis dñtaxat cet  
tissimū ē corrūptio poſt ḡnatiōne Quod cum mihi dubiū mi  
nime sit: inanes corpusculi nostri ſpes & breui euolantes abii  
ciendas: ne ve ſupra hominem ſapias admoneo.

Dio. ad Aristyppum.

s Ignificas mihi macedonū regē vidēdi nr̄i besederio  
teneri: bene aut̄ fecisti: q̄ illi macedonas prepolueris  
Nostieī nos nullius imperio parituros. Vīdere aut̄ meū aīz: et  
me tāq̄ hospitē accipere nemo velit. Qd̄ si Alexander & vita  
& vite noſtre ratiōes cognoscere cupit: et i memorīa teducaſ  
tātū athenas a macedonia: quātū macedonia ſatathenis abefle

Dio. Metrocl.

s I viſ bon⁹ et benign⁹ videri: tuis abiectis facultatibus  
pallio induitus ad nos venias. Sed non potest Ephe  
ſtioneſ nāq̄ femoribus teneris.

Dio. Monemo.

s Ogarunt me megarēles adolescentuli vt tib⁹ meno  
doruž philosophum cōmendarem: ridiculam ſane  
commendationem. Nam q̄ homo ſit ipsa hominis effigie:  
q̄ philosophus: vita& moribus cognosces. Qui enim bo  
nus est p ſeipm cōmendatur.

Dio. Menodoro

Orinicus larissaeſ auditor noſter argosclarū equis op  
pidū vīdere cupit. Qui abſte: non multacum philoso  
phus ſis postulabit.

Dio. Olympiady.

Ei.

e Eprehendis vitā nostrā tanq̄ laboriosam & ppter  
elius asperitatē omnibus odiofā. Ego autem sponte  
mea eam complector, vt quicq; me imitantur non omni-  
no voluptatibus dedīti videantur, Dio. Thymomacho

P ythagoras Euphoribū Panth/filiū se fuisse dicebat.  
Ego autem cum essē iuuenis / me Agamenonē fuisse  
memini. Septrum nāq; meū baculus est / & sagū duplex pal-  
lium. Sacculus vero ob pellis imitationē cipeus. Quod si co-  
mā non nutrio / iuuenis tūc erā agamenon: nunc senex: calu-  
factus sum. Huiusmodi merito & sentiri & dici possunt ad eū  
qui se sapientem profitetur.

Dio. Crateti.

I Acedemonij contra nos legem tulerunt ne spartā ac-  
cederemus. Sz tu nūj nos reueritus noīe tantā cynice  
sekte vteris. Miseri sane qui odio habent que velle sectari vi-  
dētur. At ego sol⁹ virtutē sequor / nec quēq; noui qui tenuiori  
victu vixerit / q̄ ego. De difficultū autē tētu toleretia quisnam  
p̄fete Diogene gloriabitur? Preterea nō est consētaneum :  
vt lacedemonij fortitudinis ostendēde gratia sine muris spar-  
tagi habitent; incustoditā autē animā affectibus predam te  
linquunt; neq; vllū ei presidiū imponāt & cum finitimiā ma-  
ximo terrori sint / suis ipsis morbis se petire patientur. Quip  
pe qui virtutē expellūt / q̄ sola animo bene valere / & qui cō-  
ficiuntur morbo liberari potuerunt.

Dio. Megasteni.

V Enī mī pater athenas / vbi cū Socratis sociū felicita-  
tē docete intelligerē / ad eum audiendum profectus  
de duabus ad illam viis disserenter inueni. Neq; plures eē  
dicebat. Alterā longā / br euē alteram. Licere autē cui vtraz  
velit diligere. Quibus auditis nihil tunc / sed deinde retiersus  
rogauī / vt eas multi vias ostenderet. Is propere se sella exut-  
gens in urbem primū / inde arcē versus nos duxit. Cui cum  
appropinquaremus duas nobis vias ostendit / & quidem ac-  
clues. Verum alterā breuē angustā & asperam / longā alterā  
latam & facile. Ibi tum consistens / hec inquit due vie ad ar-  
cem ducunt / huiusmodi sunt que ad felicitatem / cuiq; vitram  
velit diligendi optio datur. Verū alijs breuioris vie difficultas-

te perterriti declinant & longam hāc capescere; aggrediunt  
Ego cum tolerādis laboribus meliorē me euasurū intellige  
tē; accliviorē illā & aspera mihi delegi. Nam qui ad felicitatē  
operat eum & pignes & enses vadere oportet. Hec ille.  
Qui cū mihi quoq; hācvia aggrediēdā pluasisset vest me  
& tunica exutum palliū induit: & sacculū pane poculo catino  
grauē humeris imposuit. Extra gutū & strigilē suspendit. p  
tereā et baculū dedit. His ego ornat⁹ rogaui cur palliū induer  
et. Qui r̄ndit vt te vitroq; exerceā estiū calore & gelu bye  
mali. Quid inq; nō simplex dedisti? Minime quidē Esset enī  
in estate nīmie voluptati in hieme autē supra humanas vires  
intolerandum. Tum ego. Evidē me sacculo onerasti! At il  
le. Vt quocunq; per dormos mendicando circūferas. Quid  
pocolet catino? Quoniā et sitire te et esurire: et idcirco cibo  
vesci oportet. Quid gutum et strigilē addidisti alterū ad la  
borū lenimentū. alterū ad sitim squalorē tollēdum Quid ba  
culū? Ad cautionem. Ad quā? Ad quas dei poetas vñt,

### Dio. Megastheni

Scendi post certamē in olympia postridie. Cicerm⁹  
Pancratij luctator olimpiaca corona ornatusq; am  
corum turba domum rediens in itinere mihi obuiam factus  
est. Cui cum manum dedissem; desiste inq; infelix ab; hac mi  
seria. et hunc anīmū tui fastum deponas queso. qui ab olym  
piaco certamine incognitus ad parentes tuos teuenteris. Et  
dico oro quam gratia adeo elatus es Quid sibi vult corona.  
Quid palma in manibus. Quid tanta sequentium turba. Tū  
ille. Quoniam in certamine omnes vici. O tem mira inquaz  
Iouem ne et fratrez vissisti. Minime. Sed quid singulos ne in  
certamē puocasti. Ne q; hoc quidē Quid tādē Nūqd ab aliis  
victos sortit⁹ vicisti Etiā. Et qm̄ pacto gallis succubuerūt. q  
certabāt eos te viciſſe pfiteris Quid p̄terea vici ne erāt dūta  
xat q certabant. Nō verūtiam et pueri. Nūquid et hos forti  
ter superasti. Minime non enī mēe sortis erāt. Et quid omēs  
ne tue sortis homines abste vieti sunt. Etiam dic inquaz  
queso. Nunquid tue sortis homines perfecti sunt. Sane per  
fecti. At Cicermus cui⁹ sortis hoſes vicit. pfecteigif. Cicer  
Eii,

tuum vecisti. Minime inquit. Si ergo nec pueros neq; pfecto superasse te dicas Qua ratione te omnes vidiſſe audes affirmare ex quos nunq; habuisti aduersarios: Viros tota grecia atq; alia clarissimos: Age fortiores ne q; tuus pares an iferiores: Fortiores: Fortiores ne q; tibi succubuerunt: appellas pares & quo nā pacto pares vincere potuisti: cum te inferiores nō fuerint. Tum iferiores inquit Et quid in qua tanta animi elatione nō cessas si inferiores viciſſi. Gloriaris perinde enī acī ſolū id facere potueris & nō quilibet Equis nā eſt: q; inferiores superare non posuit: Omitte igitur hec Cicer mea neq; huiusmodi certamine neq; aduersus homines quibus inferior paulopost vel ſenectute futurus es contendes: sed q; vere boza ſunt cōplectere: & intelligas: non qui ab hominibus ſed q; animo vivererantur fortes & conſtates esse: neq; loris aut pugnis: ſed paupertate dedecore ignominia exilio toleratia: edo peri. In hiſ cotennendis te exerceas. Hoc enim pacto & beate viues: & forti animo motieris. Si illa profequeris: vitam misera duces. Hec cum admonerem: & palmā abiecit & consonam: & vt ab iſtituto & opinione ſua deſiſtere perſualus abiit.

Dio. ad Aristypum Cyrenaicum.

a Vdio te contra nos exerceti: et apud tyrannum ſingulis diebus noſram exprobare pſupertatez: q; ali quando ad fontem olera lauantes in panis obſonium noſ re perifſi. Ego autem quondammodo admiror beate Aristyppe: vt qui virtutem laudant: paupertatis accuses: & maxime cum Socratis auditoris. Et me q; idem pallium & hyeme & estate induor: cum mulieribus mihi commune: quod abſonium non exhortis neq; ex popinis mihi comparo: ſed ex ginnasiis. Sed tu mihi propter ſicculas menſas oblitus videſteris: Et ego tibi non reducam immemoriam quanti ſit paupertas: maxime athenis: neq; me eius excusabo. Non enim ego in te vt tu in alios bonum repono. Satis tibi ſit. quod mihi de me ipſo credo. Commemorabo autem tibi aliquando Dyonisium et beatas eius que de te delectant conuentus: cum variis contuiculis saturaberis. Ex quibus nos nati neq; perturbamur homines alios verberibus affectos. alios cruci affixos: in ergaſcula alios conlectos videbamus Alios

preterea uxores ad iniuriam raptas. Aliorum filios et seruos complates non viuis tantum. neq; ipsius tyanni sed profane etiam multitudinis. Nequon et te ad necessitatez bidentem /stantem / ambulantem / neq; potentem propterea reas pedicas effugere. Hec ego pro illis tibi opprobrijs tibi inquam commemorabo. Nos vt viuamus lauare olera notumus. Dyonisi / fates senare ignari / et profecto melius q; vos qui. Dyoniso consulitis : et vniuersitate sicilie imperatis. Verum esto quecumq; aduersum nos dicens intelligas; & verba ab effectibus non dissident. Omnia in apud Dyonisis cum bona verbis tenus sunt. Libertas autem quelsib; Satura no fuit in vescendis pulribus inuenitur

Dio Phanomaco.

**S**edebam in theatro: & libellos glutino resarciebas  
Venit Alexander P. Ilippi: mihi q; tantum egregio  
ne appropinquauit: vt soli se opponeret. Ego cum  
papiri scissuras vnu non amplius assequeretur: sublatis oculis  
presentem agnoui. Tum ille porrecta vextera me nomine  
appellauit. Ego contra vere inq; unsuperabilis es adolescēs  
cum parem dij; habeas potestatem. Ecce n . quod dicunt  
solem lune obiectu laborare. Idem & tu tuo obiectu effecti  
sti. Tum Alexander iocans inquit Diogenes! Quid iocar  
inq; nonne vides me inceptam operam tua causa intermitte  
re: cum non clarius q; noctu intueat: & cum nihil prestat mihi  
in presentia disputatione compellor Nihil inquit prestat tibi  
Alexander me minimum quidem inq;. Nullum in cibus me  
is bellum indicit: nihil mihi eripit. Quemadmodum mace-  
donum lacedemoniorum q; & allorum quorumdam opes  
In quibus singulis rege opus est. Propter paupertatem in-  
quit prestat. Quam inquam paupertatem! Tuam inquit  
cum adeo mendiculis: vt omnium ferme indigeas. Ad  
hec ego. Non est Alexander paupertas carere pecunij: ne-  
q; malum est mendicare: sed omnia cupiditate complecti:  
& vim inferre: Quemadmodum vos. Propterea mee pau-  
pertatis fontes terra: speluncae pelles satisfacunt: quoru gra-  
tia nemo cum terra aut mari bellum gerit. Sed scito nos vt  
geniti sumus ita viuere. Veste autem sortis hominibus ne-  
q; terra sufficit: neq; mare: sed his relictis in celum contens

Biff

ditis; neq; Homero creditis; qui ad nostram emendatione  
ne horū cupiditate moueremur; diuersorū generū supplicia  
describit. Hec ego cum rationib; confirmarem; plurimo  
rubore p̄fusus Alexander ad quendam ex sociis cōuersus  
Nisi essem inquit Alexander Diogenes esse vellē. Inde  
me plurimū hortatus vi seculū militarem vix a me dimissus  
abist.

Dio. Olympiad.

**O**li dolere cū familiaribus. Olympias q; pallium i-  
duor & hostiam panez mendico: non enim tur-  
pia sunt & libero homine inquis indigna sed bona  
et arma contra eos: qui falsis vtuntur opinionibus; qui vite  
bellum iudixerunt. Hec ego non ab Antisthene primuz dī  
dici sed a diis & betoibus & iis qui ad sapientiā notam gre-  
ciām conuerterunt. Homero videlicet & tragediarum sc̄ri-  
ptoribus. Hi nang; iunonez iouis coniunge in sacerdotis,  
faciem verātali habitu fuisse scriplerunt.

Inclita per sacros cogentēr numina fontes

Inachidas vite prestantes munera nymphas

Et thealaphi Herculis filiū cū argos proficisci reetur nostro  
longe ab lectori habitu extitisse cū in fortune auxiliū vili pā-  
no corpus tegeret. Et vlxez laetis ylio domū redenutē sc̄il  
sum amiculū & fumo sorditatu operuit. En age olympias  
Mūquid hic meus habitus & mēdicatio turpia tibi videntur  
an potius & mira etiā regibus cuiq; sapiēti ob tēuitatē es pe-  
petenda. At. Thelaphus reparāde bone valitudinis gratia.  
Vlxes vt procos iampridē infensos vlciseretur huicmodi  
habitulatuerūt. Egovero vt felicitatē cōsequar: cui⁹ mīma  
particula est. Thealaphi bonū. vico enī falsas opiniōes qua-  
rū gratia nō vñū dominū eligimus: fugio morbos & foren-  
ses calamitates. Peragro liber sub. Ioue vniuerſā terrā he-  
minē ne magnos qđē dños formido Qđ si hac mea episto-  
la qua lōge meliores pallio & pera panē etiā ab inferio-  
rib; mēdicare ostēdi tibi consolationē attulerit: gfas habeb-  
Si min⁹ frustra dolore afficeris: Dio. Maronicēb⁹.

**X** Ecce fecisti q; ciuitatis nomē meliore appellatiōe  
mutasti pro maronia n. hipparchiā vocari malat-  
tis Nā satius est ab. Hipparchia semina quidē vea

st̄ philosophie studioſiſſima q̄ a marone vīro ſemulento ap-  
pellari.

Dio. Cratet.

**A**udia tevniuerium patrimonii tuum iſiſcum cō-  
tulisse: & in medium clara voce predicasse. Crates  
Crateris filius Cratotē liberum fecit: & hoc dono  
vniueriam ciuitatē delectari nos q̄ admittari talium virorum  
artifices: & hac gratia voluisse nos athenis ad ſe accerſere:  
niſi tu ſententie noſtre hand ignarus diſuafiffes: laudo ani-  
mum tuum & te rex mas in publicum contuliffe maiorem:  
in modum letor. Quippe qui ocius expectatione melior q̄  
opinaret eaſeris Verum tu q̄ primum ad nos redeas velin  
Adhaſeni op̄ est i aliiſexercearis Si quidē minime tutū eſt  
vt illic morā trahas vbi tui ſimiles nō uenias.

Dio. Metroclī.

**M**on ſoluſ panis aqua cubile palium moleſtiam me-  
doſent & tolerantiam ſed: ſi ita dicendum eſt etiā  
paſtoralis manus. Utina; p̄imum illum bubulculū  
cognouiftem. Cure igitur hec tibi ſint quoconq; pperau-  
eris. Eſt enim vite noſtre conſentanea. Incontinantes autē  
mulierum congreſſus longum oculum poſtulantes valere iu-  
beas. Non enim honorabile eſt ſecundum Platonē vt pau-  
per id expeſtat Ille autē perbreui via ad felicitatē properat  
Mulierum congreſſus vtilis: ſed quantū hoc multitudini de-  
trimentum afferat ab hiſ qui didicerunt inteliges Tunoli ab  
incepto deſiſtere. Noli inquam & ſi quis huiusmodi gratia  
vel canē vel aliud quiduis appelleſt.

Dio. Metroclī.

**M**oliſtole. Metrocles & nomini & vite tantum con-  
ſidere etiā petendo horminibus neceſſaria nō. n.  
turpe eſt nam reges & priſcipes a ſubditis pecunias  
milites naues & qui aduerſa labo rati valitudine a medicis  
remedia. Amantes ab ijs quas in delitijs habent oſcula &  
cōtactus poſtulant. Et herculē ferunt etiā a ſenſu carētibus  
vires accepiffe. non tamen gratuito petendum eſt: neq; ut  
deteriora: ſed ad ſalutē oīz nature neceſſitatē petere oportet  
Quod cū feceris. Herculem Iouis filium imita te: vt ſcilicet  
maiora reddas q̄ accipias. Quorūm hec! Quid nō ad ve-

sitatem est gloria pro qua vbiq; contendet: & si nihil confe-  
quaris. Bona n. quedā cōsuetudo est huiusmodi: aduersum  
hec bellum ferunt. Socratē dicere. Bonos nō petere sed po-  
stulare. Eos n.oia esse quēadmodū & deorū. Quod hinc  
colligere conabatur qm̄ dij oim dñi sunt. cōmunia aut amī-  
corū. Qui bonusestis deo amicus est. petes igitur tua.

Dio. Timonacho:

**V**eni cīcūme vbi inter teambulandum ianuā q̄i à  
dam his versibus inscriptam consicatus sum. Ne-  
tus iouis fortissimus vir Hercules. Hic habitat. In-  
ter hanc domum nihil mal. Conſtit: & cum legiſſem pre-  
teſtuntē quendam ſcificatus ſum: Quis & vnde eſſet ea-  
rum ediuſ dominus. Qui cum me cibi petendi cauſa rogaſ-  
ſe arbitratuſe respondit Neq̄ hom odiogenes. ſed ab hinc  
Tunc ego mecum. Profecto hic mihi videtur quinq; ſit ex  
verbis ſuis hofpīcum clauſiſſe. Inde paulum procedens alli-  
as fore ſe confiſcor eodem inscriptas iambico. Hic inquam  
quis nam habitat. Publicanus inquit homo vulgaris. Tunc  
hanc ne malorum ianue inscriptionem habent: an bonoruſ  
Vtrorumq; inquit. Hic ego. Et qua nam gratia: ſi ita vobis  
expedit hoc iambico portas ciuitatis nō ſcribitis: ſed domo-  
rum fores: que Herculem capere non poſſunt. Aut n. ciuita-  
tem hanc inscriptioneſ habete oportet non domos: aut pu-  
blica vobis mala nocere non poſſunt: ſed priuata. Nescio in-  
quit ille Diogenes quid tibi eſpondeam. At ego quid inq̄  
vos cīcīcenī malum arbitramini. Morbum inquit paupert-  
atem mortem & id genus alia. Hec arbitramini ſi domoſ  
veſtrām ingredientur: vobis noſumento foieſi non ingre-  
dientur. Minime. Quid ni inquit. Sunt hec inquit ut dicas.  
Sed nunquid ſi ea vos mala non attingerint ledent. Minime  
Sed ſi attingerint. Domi ſi igitur attingere vos poſſunt: non in  
foro. Eſt ne aliquis qui dū in foro ſumus malo iterdicat: ne  
nos attingar nō aut domi. Quid nā tibi respōdeā iquit nescio  
Quid pterea malū ne cū domi veſtrā igredieſ vos leditan-  
cti vos ipos! Cū nos iquit. Fgo cū op̄ eſſet vos iambico iſcri-  
bitiſ ianuas & qm̄ pacto Hercules ciuīn ſit tot pōt dōs: ha-  
beret. In hoc fane maxia ciuitatis vī ſtūtia, oſi ēditur. Ea

que nam inquit decentior fieri posset inscriptio? Oportet ne  
inqua omnino ianua inscribi? Sane inquit. Tum ego. Audi  
igitur hic pauperies habitat: intret, nihil mali Ad hec ille. Dic  
queso meliora. Nā malū est! Malū inquit vestra non mea sē  
tentia. Sed nūquā sydorum boves cōsumit paupertas? p' defi  
nitione malū est. Et quid nā facit inquam: quā obrem malaz  
dicas famam inquit: frigus contentum. Sed nichil hotum que  
dicas: facit paupertas. Nunquid fames? siquidē multa humi  
na sc̄tur quibus et famen possumus & frigus depellere. Ne  
q' enim reliqua que nulla sunt animantia frigus sentiunt. Na  
tura inquit ita muta instituit. Tum ego. Homines ratio ita fa  
cere edocet. Verum multi dissimilant propter molitiem.  
Sed habent in hac vita auxilia animalium pelleſ: ouī velle  
rædificiorum & domorū parietes. Nec q' propterea conten  
tū parit paupertas. Aristidem equidem pauperem aliquando  
vestigalia exigente nemo contempsit. Nec q' Socratem So  
phroni filiū. Si quidem paupertas nemini detrimento est:  
sed malitia. Quid inq' apud nos huiusmodi paupertas est: vt  
sit vestra sententia eligenda: verum innumera a vobis mala  
abigit. Que nam dīc queso? inuidias odia calunias. parietum  
perfossiones cruditate stormēta: alios morbos q' grauissimos  
Inscribit īgitur ianuas vestras non Hercules apud vos ſi  
paupertatem habitare. Siquidem que hercules iterimere potest  
monstra: ea nullam vobis formidinē incutunt. hydra videli  
cet: tauri leones cerberi: quorū nonnulla ipſi venatu persequi  
mini. Verum q' paupertate abiguntur ea molesta sunt. & qui  
dem modica impensa custodem vestram aletis paupertates  
In Hercule autem multa consumetis. Sed in famis inq' pau  
pertas est. Hercules gloriouſus Tibi inq' paupertas infamis est  
Augee vero & Diomedi thraci: & aliis hercules Ad hec ille.  
Nō p'suades mihi Diogenes vt paputatis noīe ianuaz inscri  
bā. Quare aliud inuenias vt herculis inscriptionem tollēdas  
mihi persuadeas. Inueni inq' audi Hic iusticia habitat: nichil  
ineat mali. Tum ille assentior tibi inqua. Non tamen vt Her  
culem deleam sed iuste ascribam. Recte facies inqua: qđ cum  
scriperis: supinus dormias vt ylixes nec q' quicq' amplius ve  
reare. Faciam inquit: & tibi habeo gratiam q' nos a prauis

affectibus liberos Diogenes reddidisti. Hec in cōzico amice  
Timonache corremus Dio. Polici.

p Vdeat te eorū quem mihi minaris. Sed quid tibi nō ob  
q̄io ne Eriphile peior euadem. Neue meo mores  
male permittē. Ita neme ne facturus censes. & rationes me  
sequi non recordaris! Minaris autē cantaridīs minas hoc est  
mortē: neq; intelligis hoc pacto te mihi potius dissuadere.  
Est enim qui nostri curam habet: et malorū operū debitum  
suppliciū exigit. viuētibus quidē si impliciter amor. Tuis autē  
te culpū. Hec ego nulla minarum tuarū formidine ad te scri  
psi. Sed vt mel gratia malo aliquo afficeris.

Dio. Monemo.

c Vm epheso profectus essem: rhodum p̄pere doliorū  
certaminis v̄sendi gratia nauigauit: egressus e nauio op  
pidum ad Lacydam hospitem diuerti Qui cum forte me ap  
plicuisse presensisset: e foro diceſſit. Ego autē peragrata vr  
be nūsq; ei obuiam factus. cum eum in vrbe esse intelligerem⁹  
in deorū hospiciū me contulī libēs. Post tertium vel quartum  
potius dies cū me in via que ad castra ducit offendisset: & la  
luitavit me: et domū obtulit: et nihil ei succēſens q̄ me tot die  
bus non conueniſſet: turpe inquit Lacyda ſi deos qui cum ap  
pellenti mihi domus tua clauderetur benigne me lufceperūt  
deſeram. Verum cum dī uolla huiusmodi re offendit poſſint  
ſed nos ob nostrā imbecillitatē egreramus: veniam. Prius  
tamen ſi placet in gymnasium exercitationis gratia ascenda  
mus. Non enim oportere arbitror: ſi ad te melioribus relictis  
hospitib⁹ diuertam. corpus contennendū. Bene inquit vicis  
Diogenes. Neq; ego te vt deos relinquas. Ego autē ascendē  
& in Lacyde domum diuerti. Vbi apparatus erat. non q̄ na  
ture humane necessitatī ſuicſſeret. ſed inanī opinioni qua alii  
ſuperantur. Lecti nanq; ſtrati erant per q̄ ſumptuosissimi et  
mense e regione. alie quidem nuceē alie acerne plene argen  
ti fulgebant. Ibi et ministri alii vasa parabant. alii alii vaca  
bant ministeriis. Que omnia conspicatus in hospicium tuum  
inquam veni. Lacyda vñlitatem aliquam consecuturus. Tu  
autem inimicorum parasti conuiuū. Quare iubeas hec om  
nia hinc auferri. Nos autem accipias vt heroas in illo ade Ho-

metus in pelle bouis siluestris: vel vta facedemonis in thoris  
Et sine corpus quibus assuetum est discumbere. Seruus hic  
vnus sit qui ministret Sufficiunt huic operi manus nostre etenim  
hac gratia vobis a natura date sunt. pocula nobis sint e vili lu-  
to fistula. Potus ex fonte aqua. Cibus sit panis: pulmentum  
sal vel nasturtium. Hunc ego viatum. hunc potu ab Antisthenes  
ne didici non tanquam mala sed omnium optima. & que facilius  
inueniri possunt in via. que ad felicitatem ducit. que diuinitatis om-  
nibus preferenda: & maximo honore habenda est. Est via  
in loco munitissimo et abrupto acclivis et ardua. Quaz ob eius  
asperitatem vix nudi singuli superare possunt. nedum onere  
aliquo & vinculis impediti. Sed neque qui terum aliquid necel-  
larum paret. Inter eundem viatum inuenire possimus her-  
bam aut nasturtium. Potu facillime aquam. Maxime vero  
vituperfacile ambulemus nasturtio aque leui pallio assuetate  
nos oportet. Siquidpiendum contra terrena certamen. Na-  
tu summo constitutus Mercurius proficiscentes perturbat que  
iniquum viaticum non habent: nulla cuiusquam ope iter faciunt.  
Et quic ego viatu primu apud Antisthenem assuetus a felicitatis  
viant uno spiritu properau. & cum iuxta accederem / hec  
inquam propter te felicitas percessus sum. Et profecto magnu-  
bonum est aquam bibere. et nasturtium esse. et humi somnum  
capere. Tum ego illa ego inquit hec tibi que facilima reddam &  
diuinitatis potiora. quas mihi homines anteponunt. neque quem  
alant tyrannum intelligunt. Ex illo ego felicitatis verbis audi-  
tis non amplius illa exercitationis gratia sed voluptatis come-  
di et bibi. Iuuit me ad hanc rationem et consuetudo: quam quoniam  
que contemserit: magnu accipiet detrimetum. Quare huiusmo-  
di mihi Lacyda cenas parato. Id quod optimum in vita est  
felicitatem secutus. Diuitias autem his reliquas. qui ab recta via  
subvertant. Quo si equo animo me audieris. illud dicam. Huius  
modi me semper in cenis in posteru et hospites accipias. Hoc  
pacto nunquam qui ad te veniant. hospites delcinabis. et qui  
ad te diuenteret cessabunt se numero queres. Ita omni care-  
bis reprehensione. Hec ergo rhodi apud Lacidam hospites  
locutus sum.

Diogenes Monemus

c Vm certamina longius differentur: & tu ijs relictis in  
olympia te contuletis; ego q̄ maiorem in modum  
his delecto: alias nundinas expectau. Interea dum in foro  
cum populo versarer: & spacia quedam vltro citroq̄ confi-  
cerem / et nunc vendentes / nunc fabulantes / philosophieq̄  
aut variciniū professores intuerer. Quodaz de solia natura ac  
potestate differente / & omnibus persuadente prodij in me-  
diū. Et quando inquam philosophie e celo descendisti! Qui  
cū nihil mihi respōderet. & qui aderant discederent / solus ce-  
li effigiem in cistella cōponebat. Inde ego vatem qui in me-  
dio coronatus sedebat pluris se faciens q̄ Apollo diuinatio-  
nis auctor pretergressus interrogau. Bon⁹ ne esset vates / an  
malus. Cum se optimum respondisset. Tunc ego iublato ba-  
culo. Quid facturus sum inquam vaticinare. Te ne percusse-  
to / an non. Is cum parum per cogitabund⁹ tacuissest minime  
respōdit. Tam ego eum irridens percussi. Qui aderant acca-  
marunt. Ego vero quid acclamatis inquam. Nō q̄m malum  
vatem deprehensū verberauimus Cūj & alijs qui in foro ade-  
rant auditis que fecerā dimissis coronis me ex illo sequen-  
tur / et ego de tollerentia se penumero disputarem; mea verba  
accipiebant / & sermonibus meis aut cene aderant Propterea  
mihi alijs argentum: alijs argento non viliora afferebant. Mu-  
lti ad cenam imitabant. Ego a frugi hominibus vīctū capie-  
bam / a malis minime. Et qui mihi ob ea que primum acce-  
ram habebant. Iterum accipiebā a non habentibus autē ni-  
hil amplius. Verum ab his querebam qui mihi panē largie-  
bantur / & a me fructum capiebant. Alios recusabā minime  
licere ratus vt ab his q̄ nihil a me accepissent quicq̄ acciperē.  
Cenabā autē nos apud omnes. Sed eos dūtaxat / qui medici-  
na indigerent. Erant autē ijs qui persatum reges sedabantur  
Discubul⁹ igitur apud vitissimū quendā adolescentuluz in tri-  
clinio pictura auroq̄ omni ex parte q̄ ornatissimo. Cum igit  
spuere vellem excreau. & circumactis in omnem partem  
oculis: cum nullus mihi spuendilocus relinquetur: ipsum  
inspuū adolescentulum. Qui cum de me queret returnomine •  
eum appellans. Quid inquā de me & non de teipso cōquere-  
ris? triclinis parietes & pavimenta tanto studio exornasti: &

te duntaxat inornatum reliquisti: ut aptissimus in quæspicere  
rem locus visus sis. Tum ille imperitiam nostram arguere vi-  
deris. Verum nō iterum hoc dixeris. Te enim ne pedem quis-  
dem amplius relinquā. Postridie eius diei suis distributis di-  
uitijs: & peram & duplex palium accepit. Nec ex quo in offi-  
cia profectus sunt contingunt. Diogenes crateri

 T ad statuas que in foro sunt accede: & panem pete:  
Hec enī cura quodam modo bona est. Juuenes enī  
homines qui minus q̄ statue sentiant: & spadonibus  
potius & scutis q̄ tibi quicquā largiantur. Noli admirari quis  
q̄ proximum sibi & non qui longe abest veneratur. Proxi-  
mi autem sunt & qui multitudini placent spadones potius q̄  
philosophi. Diogenes crateri

 Vt cum breuem & facilem viam que duciat felici-  
tatem esse audiunt: volunt quēadmodum & nos  
philosophari. Cum vero ad eam perueniunt: & ei-  
intuentur difficultatem: tanq̄ fessi desistunt. Inde non suam  
mollitatem: sed torporē nostrum accusant. Verum tu sine eos  
dormire in suis voluptatibus: in quibus non eo labore virtutē  
in quo nos esse dicunt. Sed longe grauiori. Cuius gratia omni  
tempore turpissime seruunt. Tu vero persevera ut ceipi-  
sti: & resistē pariter voluptati: & anniterte labori: Vt uero no-  
bis certare solet: & in primis nobis esse impedimento. Illa quā  
dem q̄ ad turpia nos allicit. Hic q̄ metu nos a virtute abdu-  
cit. Dio Monemo

 Vt etib⁹ sit ex hac vita migratio. Care autem erit: si  
te morti meditaberis. Hoc est si aphuc vivēs animā  
a corpore separaueris. Hoc nō mihi videtur. Socras  
tes appellasse. Siquidem meditatio res facillima est. Philo-  
sophare & cōsidera quid tibi & natura & lege magis est cō-  
siderandum. In hoc dumtaxat anima a corpore separatur:  
In reliquis rebus minime. Sed cum viderit: olsacit: que-  
stat: adest: corpus: quasi ex eodem capite vtrumq; penderet.  
Cum igitur mortem non meditamus: molestior vite finis ex-  
pectandus nobis est. Anima namq; quasi delitij quibusdam  
amicis merore afficitur: & summa cum molestia vita cedit.  
Et si philosophorum animis obvia fuerit in via malorem in-

modum laborat. Discedit. si sine duce in precipia hiatus fin  
mita quo ad in profundum deferatur. Si quidem omnes ea  
fagiunt ut pote q̄ multa in vita cōmisiſſe existimant: dum  
deteriori parti totus principiarum permisentur: quo tanquam  
in periorū statu multa iniuste facere coacta est verū vbi opti  
mam meditati erimus meditationem & vita suavis est: &  
mors minime molesta: & via prefacilis: si quidem quicun  
q; ei animo obuiam sit hospitio in summis delitijs suscipit &  
tanquam venationem pulcherrimam summo cum honore  
ad claros inferiorum iudices adducit. Ipsa vero vt que me  
ditata sit sola viuerēnō moleste corpus relinquit. Preterea  
precipuis quidē honor huiusmodi aī: quibus corp⁹ nō mi  
nime cure est apud inferos habetur. Credūt enim deditas  
corporianimas prauas & illiberales que autē ei nō aimūm  
afficiuntur bonas: & nullus īmpério obnoxias. Quippe que  
in vita oībus dominātur & quidē īmperieole. Et ppterē ad  
lusta dumtaxat: & quidem facilime eriguntur: nullis omnī  
no vitiis obnoxie quibus corpus eam cogit animam deles  
& tari. Que voluptatibus dedita est morē pīscis: vel alterius  
bruti subiecti deterioris īmpério. Qd si tenō meditaberis:  
hecte sequētur quando hīc migrare oportebit. Hic autem  
primū vitā dulcissimaz vites. Viues enim liberū īmperabilis  
nemini seruitens. Parum et ad corporis tantum necessita  
tem sollicitus: et ad totius alimentum tacendo: īmperando  
aspiciendo que dī hominibus modestis: et qui a vite serita  
te cedunt et rapinarum plena abstinent preparatunt. Nulla  
magnarum & diuinarum rerum: sed parsarum & non ho  
minib⁹ tantum communium: sed multis etiam cupiditas.  
Si quidem ob plurimarum rerum & edendi & bibendi: &  
ei venere appetitumq; omnes homines mali sunt et brutorū  
similes.

### Dio. Eugenio

**V**enit megaris corinthum. Vbi in forum profectus  
ad puerorū ludū cōstīti. Qui cū nō recte versus ca  
nerent: sc̄icitati mihi quis nā ipsorū esset p̄ceptor: /  
respōderūt. Dionisiū sicille tyrānū. Quos cū me irridere ne  
q; verū dicere arbitraret iudū igit̄s sedato aio sedi illum

expectans. Qui in forūm enim profectū dicebat / nō multo  
post redit. Tū ego afflulgēs his eū verbis cōpello / q̄ nō be  
ne Dyonisii doces. Ipse vero me misericordia / motu exīstī  
mās ob amissā tyrāndem & fortune mutationē hoc inquit  
pacto Diogenes humāne se res habent. Verum tu per hu  
mane facis / cum nostrae misericordiae calamitatis. Cui ego ve  
sum apperui. Non q̄ tyrannidē inquē amiseris sic circa do  
leo Dyonisii. Sed qd̄ libere in grecia veriaris quodq; a lici  
lis calamitatibus liberatus es / quibus te afflummi oportuit  
cum terra maris mala commiseris,

### Dio. Carnide

**C** Aptiones mihi & fallatias familiaris tuus. Euremo  
pposuit q̄ maxime fieri potest elaboratas. Ego au  
tē ijs virtutē honorari nō censeo: si manib⁹ & obscuris pixi  
dibus similis sint. Sed viuēdi ratione quā nudam vñūquē q̄  
preferre oportet. Nā post difficiles & elaboratas inquisiti  
ones generotus & sapiēs Euremo de maternis in partē re  
bus tantū nō nudus pugnauit & sapiētis pugnaz nōn illi ex  
vulgi numero & virtuosi hioies dissoluerūt Oportuit enim sū  
virtutē familiarē habuisset: vel ab ipso pricípio per uniarū  
cohibere cupiditatē: que omniū malo: nō honestissime phi  
losophie causa est. Culū officium est vt omnes cohibeant af  
fectus. Verum athenienses vestra philosopha ntium senten  
tia ijs similes sunt: qui cum se ipsos sanare non possunt alijs  
mederi profitentur.

### Dio. Platoni philosopho

**M** Bominaris palliū meū & peraz tanq̄ mihi molesta  
& grauia / & vite nihil penitus conferentia. Nō recte  
facis tīq̄ nāq̄ molesta sunt & grauia. Quippe qui in tyrāno  
rū conuiuis immode dicatur & pecorum ventre non anti  
mi virtute ornari didicisti. Ego autem ex quo virtutem am  
plerus sum maius quidam q̄ contra voluptatem toleranti  
am etiā cū liceat p̄meferē dū mihi p̄suasi. Siquidē p̄ceteris  
hoībus me vite utilitatē afferre arbitror nō tā ex his quibus  
vtor q̄ quib⁹ talis appareo. Quis enī contra tāz tenuē & pau  
cis contentū hominē hostili animo pugnare aggredetur?

Fisi

Contra quos autem huiusmodi delectantur impetum facere  
rent? Nonne contra regem aut populum. Ex his igitur hec  
sequuntur. Omni penitus malitia anima purgatur. Inanem  
contemnit gloriam. Immodicas respuit cupiditates: vera di-  
ceret: & ab omni abstinere mendacio dedit Quod si tibi hec  
non persuadent: dede te voluptati: & nos tanq; parum sapien-  
tes irrideas.

Diogenes zenoni

**Q** Ego vxor ducenta es: neq; educandi liberi: eo qd  
humanum genus sit imbecillum. Nam nuptie cu-  
ras afferunt: & filiis metore humanam afficiunt im-  
becillitatem. Qui igitur ad nuptias & filiorum educationem  
opis & auxiliis gratia adducuntur: cum posterius intelligunt  
quantis molestiis distractabantur eos incepti penitentium a pri-  
cipio vitare potuerint. Qui autem nullo mouetur affectu: fa-  
tis sibi sua ad patientiam fore arbitratus nuptias & liberorum  
vitatis sollicitudinem. Verum enim uero vita hominum deser-  
ta reliquie. Dices eni. Vnde erit successio. Vt uā e. vita mol-  
litiatolleret: & oēs sapientēs efficerent. Nūc qui nobis fidem  
adhibuerit fortasse deseret. Ois autē vita negligit heros p  
creationē. Qd si hūanū gen⁹ defecerit nō ta⁹ deplorādū est  
q̄ si muscas & cabronū gen⁹ itereat. Eiusmodi nanc⁹ verba  
sunt: qui rerū naturā nō cōsiderāt.

Dio. Icete

**M** On moleste fero pater qd canis appellor: & dupli-  
ci induor pallio & per am fero & baculum. Si quidem  
potius letandum tibi est: qd iniquo animo ferendum:  
qd paucis contentus sit filius tuus: & iſſliber opinionibus qui-  
bus omnes seruunt & greci & barbari. Nomen enim cū res-  
bus insitum non sit. Nota quedam est quodāmodo gloria ſa  
Celi nam qd canis appellor: qm illis ſimilis ſum. Nam non ſe-  
cundum opinionem: ſed ſecundū naturā viuo ſub ioue liber  
& in eo non in proximo bonū repono & ſtola quidem. Ho-  
merus. Vix est grecorum ſapientiſſimum cū domum redi-  
tet ex filio minerue monitu indutum ſcribit: que tam pulchra  
effet vt non hominū ſed deorum inuentus profiteretur. Et  
veterem tunicāq; dedit velamina prima. Villa migranti iam  
pridem ſordida fumo. Et leuia adiecit velocis tergota cenuſ  
Et baculum: & tuorem pertulam qd yndiq; perā. Hinc anſaq;

e tortis humero suspenderat herbis. Esto igitur bono animo pater, nec nominis quo me appellant, nec stolte pigeas. Nam alterum cauis innatum est, alterum dei.

Diogenes Sinopensibus.

**V**os me exilio damnatis: ego vos domo. Non vos sinope habitatatis: ego autem athenas hoc est hoc est vos cum negotiatoribus: ego cum solon: & his qui grecia a medis liberauerunt. Vos quidem arguis & vicinis achenis & hominum genere grecis iumento utimini: Ego delphis & heliopolibus quibus cum & dij habet colueritudinem. Sed hoc nec vobis primus videat vtile: nobis iam pridem fuit Icete patris reportibus Nunc vero id yu uvere or ne patrie gratia non credar molestus esse. Quod enim me exilio vanastis: hoc in mea facit defensionem: & nihil hoc mihi magis persuaderet. Si quidem loge melius est a vobis accusari quam laudari. Veritas me timeo ne continuus qui de patria mea iermo habeat mihi noceat neque alterius rei vilia ratione habeatis Melius enim est ubicunque quam ita vobiscum habitare.

Diogenes Antistheni.

**C**um ex pireo: in urbem ascenderem a coniunctio quodam as dolescetuli obuiam mihi facti sunt male mihi caru blandientes. Quos cumquam hamus mora est esse abscedamus a cane dixerunt Tucego. Esto inquit bono animo: hic canis talia non mortuetur. Quod simul ac dixit tristitia quadam affecti coronas capite directas laniatasque & pretextatas: quas ad ornatum induerant absacerunt: & taciti meis verbis auditis continuo in uterum reuersi sunt.

Dio Crateti.

**C**um thebas proficiat cereris sub meridiem ex pyreo uterum ascendit. Cumque ob calorem velientius fitatem forem peti. Ibis promenti mihi expera poculum quidam deorum qui forentium curam habent ante oculos astutus. Qui iunctis incauam manibus e fonte aquam hausit bibitque. Tunc ego id mihi commodius poculum aspergitus tam bono & bonarum rerum precepto ut non puduit & sapienter quidem. Abieci igitur quod habebam poculum & inueniens qui thebas venirent: tam preclarum intentum tibi quam primum litteris significandum duxi.

Fili,

Quippe qui nihil honoris sine te cognoscendū nulli statuerit.  
Tu autē hoc publice in foro dissemines velim. Sunt & nos  
bis alia p̄terea multa sapientie plena. Amplia nāq; natura est  
quā opinione & vita electa in hominū salutē coquertimus

Diogenes Hyparchie.

**D**ilector desiderio tuorū mulier philosophiā expe-  
tas & nostrā cōplexa sis opinionē. Cuius austerioras  
te etiā vim pertententur. Verū ut principiū tui operatū  
finem cōsequaris contendē. Quē consequatis scio si a Cras-  
tete viro persapiēte & nobis philosophie auctoribus nō di-  
scesseris. Crebas autē nobis litteras dabo. Multā nāq; epistō-  
le neq; minorem vim habent que presens disputatione.

Dio. Antipatro.

**A**līnos reprehendere q̄ cum nos in macedonias  
accersiteris tibi non paruimus. Non enim eo feci  
vt atheniensem salem tue mente p̄tulerim. Neq;  
contentā in me ambitionē suscip̄ceris. Quarū gratia alijs fortis-  
tasse id facerēt vt multitudini magnam in viderem⁹. Quod  
reges paruifacerēt. Sed nobis q̄ macedonū mēla athenien-  
sis sal lōge est familiarior. Noſtri tigunt dogmatis obſervan-  
tia potius q̄ tui contēptu tubinō paruimus Ignosce igitur no-  
bis; siquidem si pecora essemus ignosceres nō parentibus  
Neq; enī & regis & pecoris vīctus idē est. Quāobrem sīne  
fortunate. Antipater vnumquem q̄ ibi vīdere: vbi cunq; ei  
licet. Hoc enim pre ceteris regnum est.

Dio. Perdice.

**S**i contra gloriā pugnare vis/ qđe inimicōs fortissi-  
ma plus q̄ thraces & peones te offendit. Ablectis  
hoīm affectibus me accerse. Possum enī hāc subi-  
re mīlia. Verū si quid adhuc aduersus hoīes tibi faciendū  
celinquitur & hoc ferme bellū nō sentis. Sine nos adhui-  
esse & Alexandri milites ad te accersito. Quorū opera &  
auxilio & illirios & scytes subegit.

Diogenes Alexandro

**C**rip̄limus ad dyonisii & Perdicam; p̄terea & ad  
te qui cū aduersi hoīes bellū geritis principatū obtie-  
re arbitrami Atqui plurimū iterest Alterū nāq; demētia est

Alterus qua humano genere utimur scientia: & optimi alie-  
cuus gratia operatio. Tu autem contemplate quid nuncfa-  
cias. Nihil sane nos. Committe alicui qui tanq; medicus ti-  
bi ergo medeatur: & falsa qua imbutus es opinione liberu-  
redat. Tu enim vt mali aliquid facias contendis. Boni au-  
tem ne si velis quidez potes quicq; facere. Preterea princi-  
patus & impium non eiusmodi est: vt cum pessimum homi-  
nibus habeamus consuetudinem. Et semper quicunq; no-  
bis obuiam fuit complectamus. Hoc enim non modo mā  
suctiores fere nou factiunt verum ne lupi quidem. Quo nul-  
lu nego peius est animal nego danoſius. Quos miseri tua  
videris stultitia superare. Hi namq; sua dumtaxat malitia co-  
tentia sunt. Tu autem mercede pessimos homines salicis: et  
potestate constituis: vt male operantur. Preterea & que ip-  
si et longe iniquiora aggredieris. Damna hec tandem et re-  
cipisce. Vbi nam terrarum es. Quid tibi isti apparatus & tan-  
tarum rerum studium vtilitatis afferunt? Noli sane iste facie-  
do vlo te hominem meliore arbitris. Quod si nullo me-  
liores nego hoc quicquam curas. Putas ne que molitis ali-  
ud esse: q; calamitatem formidinem summa pericula. At-  
qui nescio vbi in maiores posses incidere calamitates: q; qui-  
bus primeris. Et quisq; iustus non felicissimus sit. Quis  
malus & violentus non idem temale operetur nihil qui  
quam habet boni. Et hec tibi vita bonum quoddam esse vi-  
detur. Pro qua sub eundis tibi periculum arbitraris v el ma-  
ximum: dum tue posis sati facere cupiditatne q; reputas  
eos tibi maxime infidas tendere. Si quidem multorum est  
peccate. Neq; cum talis sis: te vnuquam bono viro vsum  
posses ostendere. Itiismodi a hominum genere delecta-  
ris. qualis ipse in primis: & plurimis malis nullo autem.  
bono afficeris. Necq; tibi sufficiente muris: quos facile mala  
superfiliunt atq; irrumunt. Considera quo pacto morbis  
homines confiantur. Febrem neq; murus arcit neq; sa-  
tellitum impetus. Num aliter quiuis tyranus morbis con-  
ficitur q; infime fortis homo. Qua nam agitur alia gratia fa-  
litates tibi custodie disponuntur: q; mera stultitia: vt q; diu-  
sticil ea permaneat & plurimis malis & perpetua afficiatis for-

midine! Anne potes alii unde hominū mala peccantia quā  
ex rerum ignorantia / cum quid sibi faciendum sit nesciunt.  
Profecto & tu mihi ex horum esse numero videris. Neq;  
n. tyrannorum pueri sapientiores sunt. Cessa igitur bone  
vir; & si quid tibi boni esse vis ostende. Num que te deceat:  
opereris. Quod nunquis nisi eductus assēquī posles. Nunquid  
ergo quem proiam atheniensium iudicū tibi intendū cen-  
ses: sed hi quoque quotidie iniuste faciunt & se maximos es-  
se & nullo malo alios afficere arbitrantur. Valitudinem au-  
tem aut salutem tibi dicere nefas est quoad talis fueris: & hu-  
iusmodi in oribus preciūtus.

Diogenes Atenee.

**G**Anis ardece sui ipsius cognitionē dicit: Ita in be-  
ne-facies / & si quis anime morbus quasi stultus est  
insederit et medicū adhibeas deos precatus vt ijs  
que non videntur acceptis alteri facias. Noli quo dūtius  
istam viuendi rationem prosequi. Vinum namque tibi recom-  
ditur / quod te offendet & distrahet. Qui si mihi obtempes-  
terueris. nō tantū nahi amicus quod dignissimus fueris sed alij  
quoque omnibus valitudinem aut salutem tibi dictam arbi-  
traris / si litteras meas non contemplens.

Diogenes grecis

**G**Anis h̄s qui greci appellantur gemitiū dicit qui quidem & si nihil dixeris vobis est qui facie homines  
animō simile estis. Omnia simulatis nihil cognosatis. Vos igitur cum leges vobis ipsis feratis quibus in super-  
biā elati intumescētis. malitiae testem accepistis. Nunquid  
in pace sed assiduo in bello consenseritis mali & malorum  
auctores inuicem inuidentes. Si paulo molliori veste alio  
alium vestitum / vel paulo ampliore argento / vel oratione  
facundiore vel eruditiorē potius preditum conspiceritis.  
Nihil enim sana ratione iudicatis / sed ad ea que fidem vel  
persuasionem faciunt vel gloria videntur prodiles omnia  
vitio datis. Nihil neque vos progenitores vestri cognoscitis.  
Sed ignorātia & amētia vestra bonos viros maledictis ve-  
getis & preequimini. Odio autē vos habet non modo canis  
sed ipsa natura. Parva nāgleticia multa dolore afficiunt

& ante ductam vixotem: & postquam ducta est: q̄ duxeritis  
perditieis & morosi. O quot qualesq; viros alios quidem  
bel'o victos: alios in pace quā appellatis oblata causa intere-  
misisti. Multi cruci affixi sūt. Multi a populo iugulati. Alij pu-  
blice venenum biberunt. Alij tota versantur. Vtrum igitur  
potius admittendum fuit: o insana capita uterudiretur: an ut  
intermetentur. Et mortuis nullam sane accipimus utilitez  
Nisi in quantum peccatum carne vescimur. Hominibus aut  
bonis proculdubio opus est. Vos īlani illiteratos & crudiu-  
sicam docetis: ut ea vobis aliquādo vñsi sit. Vitis autē iustis  
quamobrem vestra doctrina imbutis non vtimini: quando-  
cūq; ijs opus esset. An quoniā iniustis indigetis: quando ci-  
uitatem vel exercitum placet diripere? Neq; dum hoc ma-  
gnum. Sed quotiens vi bona operamini: etiam meliorat-  
ueri licet: & quos attingere potestis iniuria afficitis: cū maio-  
ri vos digni essetis suppicio. Et mercurialium & qui quattro  
rum solemnitatibus in gimnalijs & medio foro comeditis;  
bibitis: inebriamini: & cumbitis: deliratis in vtramq; partē cō-  
sulitis: muliebria patimini. Inde in nos impie clā atq; palam  
racitis. Hec nihil curat canis. Sed vobis omnia cure sunt: &  
cū a naturali vita canes prohibetis: qm pacto in eos nō pec-  
catis. Ego quidem canis verbero. Natura autē re ipsa eodez  
modo vos oēs ylcscitur. Equo nāq; lute oībus mors impē-  
det: quam vos formidatis: & pauperes se penumero vidi ob-  
inopiam sanos esse. diuites minime ab infelicitis ventris incō-  
tinentiā. Cui cū indulgetis breui titillatione nimia cū volupta-  
te affecti vehementiorem postmodum dolorē subitis. Ne-  
q; quicq; vobis prodest domus: neq; quibus abundatis pe-  
cunie. Sed cū aureis & argenteis totis discumbitis: in ipsa fe-  
licitate obduravos: neq; adduci potestis: vt bonorum reliquias  
cum oleribus edatis mali & malorum amici. Qui si quid vo-  
bis mentis inesse: si nō ebrij desiperetis: optimo illi Socrati  
& sane fidem adbiberetis: & in communi omniz consensu  
assentiremini: vt per omnes estates aut continentie studere-  
tis: aut suspedio vitam finiretis. Neq; enim aliter in vita fie-  
ti potest: nisi tanquam in conuiuo semper vino madidi ver-  
tiginibus & intestinorū doloribus ab alijs duci velitis. Necq;


vos liberi fieri potestis. Et dō in luxuria & vellitīs quectīs si  
potestate vestra bona sunt animo cōpletamini veniūt com  
munes catnifices quos vos medicos appellatis. Qui quicqđ  
sibi īmētē venerit id dicit & faciūt. Hi autē qui bene mede  
tur incidūt vrūt ligāt intus extraqđ medicinas exhibēt. Ex si  
cōualuentis nullā gratiā habetis sed dijs habēdā profitemi  
ni. Sin minus medicos accusatis. Potius autē mihi letādū qđ  
volēdū qđ plus scio qđ ignorē. Quod mihi cōrigit ex quo cū  
Antisthene sapienti cōsuetudinē habui qui cū ijs dūtaxat qui  
seipsum norāt disputabat. Ceteros qui naturā rationē verita  
tē ignorabāt penitus cōtēnebat nulla carētibus rationē & sūl  
pueris cura addibita. Allata est epistola ratio canis barbaris  
cur eis gemendū sit. couſqđ grece edocit veri greci efficiatut  
Nā nunc longe elegatiōres sunt qui barbari vocantur & loc  
ci quē habitauit & morū rationē. Nā qui greci nuncupantur.  
apud barbaros merēt. Barbari autē & si res suas conseruan  
das & ad seruādū se suffecturos arbitrantur. Vobis autē nī  
hi satis est. Quippe qui ambitiosi & sine rationē & perdite  
educati viuitis.

### Dio Exp̄imendi.

 Iyogenes Exp̄imenidi preclarorū om̄i ob vīrtutē:  
toleratiā dicit audio te domi neutri & corporis cul  
tui idulgēre& desidere& tamē vīrtutē polliceti Quod  
mihi minime admiratione dignū vīdetur Bonū nāqđ esse se  
cundū Simonidē difficile est polliceti autē perfacile.

### Telos.

Hec opuscula castigatissime emendata Im  
pressa sunt Parisiis per Gasparū philippe  
pro magistro petro baquelier ciue gratio no  
politano Anno immense reparationis. Mil  
lesimo quīgentesimo quinto, die vero, xxiiij.  
mensis Decembri,





Gaspard philippe. 103